

» monasteriis, ecclesiis ac congregationibus et aliis locis et personis
 » ecclesiasticis cuiuscumque qualitatis existant, hactenus per ipsos
 » eorumque officiales praetextu vel occasione partitionis et obser-
 » vationis literarum monitorialium praedictarum et interdicti et
 » censurarum in eis contentarum, eis et ab eis respective illatis et
 » ablatis, si qua illata et ablata respective reperiantur, dictasque
 » personas et loca a damnis et bonorum ablationibus praedictis
 » relevare, et indemnes conservare.

» Pro quibus omnibus et singulis praemissis et praeinsertis
 » capitulis contentis sic, ut praemittitur, tenendis, attendendis, com-
 » plendis et inviolabiliter observandis, dicti oratores sindici et pro-
 » curatores nominibus quibus supra, praedictos dominos Leonar-
 » dum Lauredanum et pro tempore existentem ducem, rogatos, et
 » totum dominium Venetorum cum omnibus et singulis civitati-
 » bus, terris, oppidis, castris, rebus et bonis mobilibus et immo-
 » bilibus, juribus et actionibus quibuscumque ad dictum dominium
 » quavis occasione vel causa spectantibus et pertinentibus et ubi-
 » cumque existentibus, praedicto S. D. N. papae et pro tempore
 » existenti summo pontifici et sacro collegio reverendissimorum
 » S. R. E. cardinalium, nec non camerae apostolicae sub poenis et
 » in ampliori et strictiore forma camerae praedictae obligarunt et
 » hypothecarunt, dictosque d. Leonardum et pro tempore existen-
 » tem ducem, rogatos et dominium, ac civitates, terras et alia
 » bona, jura et actiones superius expressa, jurisdictioni, coercitio-
 » ni, compulsioni juribus et mero examini curiae causarum ca-
 » merae apostolicae praedicti D. N. papae ac dominorum came-
 » rarii, vicecamerarii ejusque auditoris, viceauditoris, regentis,
 » locumtenantis et commissarii ejusdem etiam per pactum expres-
 » sum solemnri stipulatione vallatum omniumque aliarum curiarum^r
 » ecclesiasticarum et saecularium in quibuscumque mundi partibus
 » existentium seu constitutarum : in qua seu quibus hoc praesens
 » publicum instrumentum exibeti contigerit, seu etiam produci
 » totaliter supposuerunt et submisserunt : per quas quidem curias